per consequens et processum Crone non tunc motionis ab impedimentorum sublato et cassato obtentum tolli et cassari necesse est reseruatis reseruandis
In contrarium Actor exceptioni citati locum in judicio praesenti dari nequaquam posse declarauit Processus enim suus super eos citato iure nostro bene intentatus et recta via iuris ad usque praesentem bannitionis punctum obtentus est nec in eo deffectus ullus reperiri potest In eo namque per procedendo nullus iuris gradus est obmissus reseruat sibi de iure reseruanda
Et judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense Contrarys partium Actoreae per se personaliter citatae similiter coram se factis bene diligenterque exaudit et intellectis bene obtentum esse processum adinuenit et citato ulterius procedere decreuit
Quam sententiam et decretum praesentis pars citata pro iure non suscepit nec in eos acquiescere voluit verum ab eo et cum eos Magnificum Joannem Fierley a Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad judicia ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda per ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zaleski monuit seu appellauit terminum ipsi sententia expurganda sibi vero et parti motionis et causae suae prosequenda inter causas palatus Lublinensis figendo
Quam motionem judicium praesens parti citatae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas palatus Lublinensis conseruando

Inter Krasinsky Cantorem Cracowiensem et Michowsky Venatorem Lublinensem Appellatio

Proposuit judicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi judicio Instigator judicij praesentis tum et infrascriptus delator contra infrascriptum citatum citatione tenoris huiusmodi
Joannes Fierley de Dambrowicza Lublinensis etc. Capitaneus Tibi Generoso Alberto Michowsky de Michow Venatori Terrae Lublinensis de bonis tuis omnibus Mandamus vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio ut coram nobis seu judicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in terminis judicialibus feria secunda ante festum Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae proxime ventura in Castro Lublinensi cellebrandis vel ijs de [illegible] tunc

in proxe venturis Ad instantiam Instigatoris offi[cii] n[ost]ri Castrensis Lublin[ensis]
tum et Reverendi Joannis Krasinsky de Krasne Cantori Canonici Cracovien[sis]
Secretary Sacrae Regiae M[aiesta]tis delatoris p[ro]p[te]r peremptorieq[ue] comparans qui
te citant ad bannicandum et de Regno Poloniae dominysq[ue] eius annexis p[ro]
scribendum ideo quia tu ex n[ost]ris iurisdictionis in cau[sa] ad inscriptionem Capitanealem Ca
strensem Stediczensem roborationis certae intercisae inter te et eundem
Actorem occasione arendae bonorum villarum Lukawicza Lukawka Me
szno et Budzin in d[istri]ctu Lublin[ensi] sittorum conscriptae manibus tua et eius
Actoris subscript[ae] et sigillis ab utrinq[ue] communit[ae] fact[ae] et ex interesse
tuo recognit[ae] Pro vadio octingentorum floren[orum] pecuniae co[mmun]is ro[ti]o[n]e per
te condonis certae in eadem intercisa contentae sic sonant: ktore to osm
seth zlothych polskych powinien bedzie thenze Jego Mosc Pan Woiciech
Michowsky Lowczy ziemie Lubelskiey szwoiemi potomkami na
dzien panniey Mariiey Grommiczney wroku thysiacznem szesczsethnym
dziesiathym themus xiedzu Janowi Krasinskiemu Cantorowi kano
nikowi Krakowskiemu oddac y skutecznie zaplacie y przez poslan
ca swego iemu do Krakowa odeslac non adimpletionis succubito
in eo Etenim tu summam octingentorum florenorum pecuniae co[mmun]is arendae
iuxta intercisam p[rae]fatam et eius obloquen[tem] de bonis p[rae]fatis Lukawicza
Lukawka Meszno et Budzin tibi per eund[em] Actorem Arendatis pro
festo Purificationis Beatissimae virginis Mariae proxi[mo] festo solvi de
bitum eidem Actori non persolvisti neq[ue] per tuu[m] nuntium [illegible]
predicto Actori transmisisti ideoq[ue] vadium p[rae]fatum octingentorum
floren[orum] polonicales eid[em] Actori ad solvend[um] succubuisti processu cau[sae]
istius latius canente rei iudicatae non vis satisfacere nempe ruinationem
tui de bonis tuis omnibus ac in ead[em] introgem vigore lucrorum et perlucrorum
vadiorumq[ue] triplicatorum super te ac bonis tuis o[mn]ibus primum in off[ici]o Ca
strensi Cracoviensi tand[em] ex vi remissionis in off[ici]o n[ost]ro Castren[si] Lublin[ensi]
obtentorum et perductorum noluisti et non vis admittere citaris itaq[ue]
ad videndum et audiendum super te bannitionem decerni et per m[inisteri]alem
publicari ad omniumq[ue] notitiam deduci p[ro]ut ipsa iudicialiter sib[i] attentaturus
et responsurus Datum in Castro Lublinensi feria quinta post festu[m]
Sacratissimi Corporis Christi proxima Anno D[omi]ni Millesimo sexcentesimo
undecimo.
Et post proscriptionem suam modo p[rae]misso factam deducto parti citatae

351

legitimo eo terno contentisque citonibus sua verificatis petyt parti citatae ad procedendum compelli reseruatis reseruandis

Citatus autem per suum plenipotentem reseruata sibi ignorantia asserti cuiusque processus allegauit se non teneri respondere eo termino quandoquidem dellator absens est cuius vices instigator iurare nequit quo dellator quoniam ad praesens non comparet propterea petyt sese a termino praesenti liberum pronuntiari et eum incuasione condemnare reseruat de iure reseruandis

Plenipotens autem Actoris deduxit qualiter praesenti et satis lucide comprobauit non teneri dellatorem comparere in termino praesenti bannitionis cum instigator sine dellatore causam hanc promouere potest alia iuris remedia saluo in robore sibi ad futura praecustodiendo

Et iudicium praesens Capitulare Castrensis Lublinense contrariis partium Actorea per Nobilem Christopherum Mathczynsky citatae vero per Nobilem Stanislaum Ostrowsky plenipotentibus suos coram se factis beneque diligenterque exauditis et intellectis decreuit teneri dellatorem personaliter comparere in termino praesenti

Quam sententiam et decretum praesens pars Actorea pro iure non suscepit nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et cum eo Magnificum Joannem Firley a Dambrowicza Lublinensem et Capitaneum ad iudicia ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime collebranda per mediatorem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky mouit seu appellauit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas palatinatus Lublinensis praefigendo

Quam motionem iudicium praesens parti actoreae admisit terminum partibus modo permisso inter causas palatinatus Lublinensis conseruando

A quo decreto pars citata motionem ad iudicia ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis per mediatorem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky eo quia non est libera pronuntiata a termino praesenti interponebat

Quam motionem iudicium praesens parti citatae inscriptione vetante non admisit. De qua non admissa ac prosequenda eadem motione praefata pars citata mediatori suprascripto est protestata. Officium quoque eodem mediatori reprotestatum est se non timere verum iure mediante egisse motionem praefatam parti citatae non admisisse.